Curam mariti sui, sine quovis impedimento, et contradictione Successorum praedicti consortis sui totaliter et plenarie devolvent. Similiter quoque Praenominatus Generosam Dominam Helenam de Kurozwęki Morsztynowa consortem suam, quam ipsum Dominum Miecislaum Ioannem de Szczawinowice Tarlo maritum sui mori et de hac luce decedere contigerit extunc eadem maritus bona superius praedicta omnia morte praedictae consortis suae derelinquendo cum omni iure dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit illaque quiete et pacifice ad extremam duntaxat vitae suae tempora utendo. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui extunc bona superius praedicta morte eiusdem consortis derelinquendo ad Successores suos sine quovis impedimento et contradictione Successorum mariti sui totaliter et plenarie devolvent. Actis suis praesentibus personalibus Resignationibusque ad praemissa mediantibus.

Gnosa Morsztynowa Filiae suae Resignat cedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Praemysliensibus Generosa Catharina in Ostrow olim Generosi Stanislai de Kurozwęki Morsztyn Tribuni Sendomiriensis Consors derelicta vidua, sana mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet sese suosque successoribus ac bonis suis generaliter omnibusque totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipsa de Inscriptione Castrensi Praemysliensi seu alia quavis Tribunali sibi Recognoscenti per suprascriptum olim Generosum Stanislaum Morsztyn Tribunum Sendomiriensem maritum

coram Actis officij p[rae]sentis seu alijs quibuscunq Authenticis Regni in et super bonis eius gen[era]l[ite]r omnibus hæreditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus summisq quibusvis pecuniarijs habitis et habendis facta et recognita recedit eandemq cassat et annihilat, ac nullum valorem et robur habere vult ac declarat atq de bonis supras[crip]ta Inscriptione Dotalitiali oneratis, in manus Gen[er]osæ Helenæ de Raciborsko Morsztynowna, cum supras[crip]to olim Gen[er]oso Stanislao Morsztyn Subiudice Sendomirien[sis] marito suo procreatæ filiæ Gen[er]osi vero Nicolai Joannis Jarlo nunc electæ Consorti legitimæ condescendit. Haec sua p[rae]senti p[er]sonali Resignatione p[ro]missa mediante

Gen[er]osi Madalinski et Boryslawski Roborant

Comparentes personaliter coram officio et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Gen[er]osi Alexander de Miedzielsko Madalinski olim Gen[er]osi Georgij de eadem Miedzielsko Madalinski Pocillatoris Velunen[sis] filius ab una, et Franciscus de Mielhowi[?]ce Boryslawski Pocillator Dobrzynensis parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien[si] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis gen[era]l[ite]r omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo p[ro] interesse recognouit. Quia ipsi et quidem supras[crip]tus Gen[er]osus Pocillator Dobrzynen[sis] suo et Gen[er]osæ Catharinæ de [...]sko Dunikowska Consortis suæ legitimæ pro cuius Ratihabitione cavet, et se p[er]sonaliter inscribit nominibus sibi mutuo et invicem una pars alteri eius successoribus utrinsq